Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/313412

# THESES JURIDICAE INAUGURALES.

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

## Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**JACOBUS PHILIPPUS ALBERTUS LEONARDUS RAM,**

**Rheno-Trajectinus,**

A. D. VI M. APRILIS A. MDCCCLIV, HORA II.

**Trajecti ad Rhenum,**

APUD J. DE KRUIJFF,

MDCCCLIV.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

# THESES.

I.

Servitutum nomine, quae aliis praediis debentur, ignorans venditor non tenetur, nisi uti optimus maximusque est, venditus sit fundus.

II.

Si l. 58. § 1. D. mandati obstat l. 10. pr. D. de pactis, prior praeferenda videtur.

III.

L. 25. D. de dolo malo non obstat. l. 18. § 4 et l. 20. § 1 D. eod.

IV.

Contra cl. SAVIGNY *System* V. p. 280, defendo praescriptionem condictionis ex mutuo incipere cum mutui datione.

V.

L. 4 § 1. D. si servitus, conciliari potest cum l. 1. D. de adimendis legatis.

VI.

Communione bonorum exclusa, maritus divisionem hereditatis uxori delatae petere potest sine ejus consensu, si in illa hereditate res soli non continentur.

VII.

Mater, quae tutelam recusavit, testamento tutorem dare potest.

VIII.

Judex non potest inquirere in causas seperationis thori ac mensae, mutuo conjugum consensu petitae.

IX.

Nova denunciatio non requiritur, si actor post abolitionem litem denuo instaurare velit.

X.

Colonus actionem ex art. 619. C. C. (tot herstelling) instituere nequit.

XI.

Si convenerit, ut dies pro homine interpellet, tamen denunciatio requiritur ut interpellatio locum habeat.

XII.

Art. 1690. C. C. non continet pia corpora.

XIII.

Art. 258. C. M. non prohibet jusjurandum decisorium deficiente initio probationis per scripturam.

XIV.

Quilibet, qui neglexit sibi mandatam assecurationem, haberi nequit ex Art. 262 C. M. eam suscepisse.

XV.

Nostram facimus sententiam CL. BLUNTSCHLI, *allgemeines Staatsrecht XII Buch.* 8 *cap. d. pag.* 699. „Auch über solche politische Vereine, welche weder rechtswidrige Zwecke verfolgen, noch staatsgefährlich sind, und sich auch in zulässiger Form bewegen, hat doch die Staatsregierung ein natürliches Recht der Aufsicht. — Sie kann daher begehren, dass ihr die Statuten der politischen Vereine und die Namen der Vorsteher mitgetheilt werden, Einsicht in die Protokolle verlangen, und für ihre Verordneten den Zutritt zu den Verhandlungen fordern. Solche Vereine sollen die Oeffentlichkeit nicht scheuen, und geheime politische Vereine sind immer verdächtig."

XVI.

Art. 291. C. P. Omnino hodie valet.

XVII.

Universitas delinquere nequit.

XVIII.

Cassatio peti potest a laeso, qui adhaesit actioni publicae.

XIX.

Ad conatum stellionatus (art. 405 C. P.) requiritur rem jam traditam esse.

XX.

Specimina legum ab inferiori coetu ordinum generalium probata, post hujus dissolutionem, a primo concilio tractari non possunt.

XXI.

In delicta politica poena capitalis constitui non debet.

XXII.

Jus exterritorialitatis utique apud nos valet.

XXIII.

Denunciatio offensae rei venaticae in alienis agris a custode privato (onbezoldigd) facta, eandem vim habet quam illa ab officiali custode facta.

XXIV.

Ordines provinciales nominationem Consiliarii facere nequeunt.

XXV.

Recte MACAULAY. *Hist. of England.* T. III p. 450. de rerum conversione anno 1688 in Anglia facta: „It is because we had a preserving revolution in the seventeenth century, that we have not had a destroying revolution in the nineteenth. It is because we had freedom in the midst of servitude, that we have order in the midst of anarchy."